



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XLIII. De arbitris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

e.i. hoc tit. res est alienata, licet ejus in rescripto sit facta mentio.

De Arbitris.

TIT. XLIII.

Officium arbitri pertinet quoque ad finiendas, quod ut suscipere vel stare ab initio est voluntatis, ita scriptum fit necessitatis: adeo, ut qui arbitrium susceperint, cogi possunt dicere, sententiam dicere.

*l. 3. §. pen.
D. De recepti. arbit.*

1. *Quomodo differunt Arbitri a Iudex?*

Conveniunt quidem in eo, quod sententia judicis & arbitri stare debet, sive æqua sit, sive non. Differunt vero, quod iudex auctoritatem judicandi habet publicam, vocamus jurisdictionem, arbitrum vero solummodo auctoritatem, quam non habent non possunt.

2. *Quomodo ergo differunt Arbitri a Arbitratoribus?*

Quod Arbitri, ut dixi, jurisdictionem non habeant, neque ordinariam delegatam, nec pacis solius causa

quantur, sed ex compromisso partium adsumpti (unde & *Iudices compromissa. l. cum lege* *rii dicuntur*) ad instar judicum, ordine- 4. *D. eod.* que judiciario, auditis hinc inde partibus, *d. l. r.* procedunt ad sententiam.

3. *Qui adsumi arbitri possunt?*

Omnes, qui neque legibus, neque Canonibus prohibentur. Prohibentur autem pupilli & minores XX. annis, muti, surdi, mulieres, si mos regionis id non habeat; laici in rebus spiritualibus, nisi forte mixtim laicus cum Clerico adsumatur.

4. *Quid si plures numero adsumendi?*

Tunc expedit arbitros eligi impari numero, ut, si dissensio oriatur, iudicio majoris partis arbitrium finiatur. *Quam-* *d. 2. 12.* vis & in plures pari numero compromitti possit; non ita tamen, ut si inter eos conveniri nequeat, ipsimet tertium *d. 6. 12.* aliquem eligant.

5. *Super quibus rebus?*

Super omnibus non prohibitis nominatim. Prohibent autem & Canones *c. 10. hoc t.* & *c. 21.* compromitti in arbitros super rebus spiritualibus, ut super beneficiis Ecclesiasticis, nisi id fiat auctoritate superioris. *in f. De* *praf. &* *c. ult. sup.* Item super causa matrimonii, & exemptionis. *De trans.*

6. *Qualiter compromittitur in arbitros?*

l. 5. b. 2. Vel specialiter, vel cum iurejurato quo compromittentes promittunt, se se le acquiescere sententiæ arbitrorum, quæcunque dicta fuerit, sive æqua, sive iniqua: vel etiam adjecta pœna, quam quis, qui arbitrio stare nolet.

7. *Ex sententia arbitri datur actio?*

l. 1. D. Jure Digest. non datur neque actio neque exceptio, ut ita distinguatur actio a sententia judicis, sed necesse est adjici pœnam. Jure Codicis datur actio & exceptio ex sententia arbitri expressim vel tacite, nimirum 10. dicitur silentio homologata, id est, approbata, sive pœna adjecta fuerit, sive non: *l. Cum a. tem C.* vero Pontificio indistincte standum arbitrio, sive homologatum fuerit, sive non, adjecta vel non adjecta pœna.

FINIS LIBRI I.